

PROPRIO DE LA MISA

SANTO DOMINGO

Confesor

4 de Agosto - Fiesta clase 3.^a - Blanco

Salmo 36.30-31,1

OS justi meditábitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judícium: lex Dei ejus in corde ipsíus. *Ps.* Noli æmulári in malignántibus; neque zeláveris faciéntes iniquitatem. *V.* Gloria Patri.

DEUS, qui Ecclésiám tuam beáti Domínici Confessóris tui illumináre dignátus es méritis et doctínis: concéde: ut ejus intercessióne temporálibus non destituátur auxiliis, et spirituálibus semper proficiat incrementis. Per Dominum.

2 Timoteo 4.1-8

CARÍSSIME: Testíficor coram Deo et Jesu Christo, qui judicatúrus est vivos et mórtuos, per advéntum ipsíus, et regnum ejus: prædica verbum, insta opportúne, importúne: árgue, óbsecra, increpa in omni paciéntia, et doctína. Erit enim tempus, cum sanam doctínam non sustinébunt, sed ad sua desidéria coacervábunt sibi magístros pruriéntes áuribus, et a veritáte quidem audítum avértent, ad fábulas autem converténtur. Tu vero vígila, in omnibus labóra, opus fac evangelístæ, ministérium tuum imple. Sóbrius esto. Ego enim jam delíbor, et tempus resolutiónis meæ instat. Bonum certámen certávi, cursum consummávi fidem servávi. In réliquo reposita est mihi corona justítiae quam reddet mihi Dóminus in illa

INTROITO

La boca del justo derrama sabiduría, y su lengua expresa justicia; la ley de Dios está en su corazón. Salmo. No te irrites a la vista de los malvados ; ni envidies a los que obran la maldad. *V.* Gloria al Padre.

COLECTA

¡Oh Dios!, que te has dignado iluminar a tu Iglesia con los méritos y las enseñanzas de tu santo confesor Domingo; concede, por su intercesión, que jamás se vea privada de los auxilios temporales, y que extienda sin cesar sus conquistas espirituales. Por nuestro Señor Jesucristo.

EPÍSTOLA

Carísimo: Yo te conjuro delante de Dios y de Jesucristo, que ha de juzgar vivos y muertos, y por su aparición y su reino. Proclama la Palabra, insiste a tiempo y a destiempo ; reprende, ruega, exhorta, con paciencia siempre y afán de enseñar. Porque vendrá tiempo en que no soportarán la sana doctrina, sino que en alas de sus pasiones y con la comezón en sus oídos, se elegirán maestros a granel y desviarán sus oídos de la verdad y se volverán hacia las fábulas. Tú, anda sobre tí en todo, soporta el sufrimiento ; haz obra de predicador del Evangelio ; cumple con tu ministerio. Sé sobrio. Pues yo estoy ya ofrecido en sacrificio y se acerca el tiempo de mi muerte. He luchado la buena lucha; he concluido la carrera; he guardado la fidelidad. Ya no me queda sino recibir la corona de justicia que

die, justus iudex: non solum autem mihi, sed et iis, qui diligunt adventum ejus.

Salmo 91.13-14,3

JUSTUS ut palma florébit: sicut cedrus Libáni multiplicábitur in domo Dómini: *Ÿ*. Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam, et veritátem tuam per noctem.

Oseas 14.6

ALLELÚIA, allelúia. *Ÿ*. Justus germinábit sicut lilium: et florébit in aetérnum ante Dóminum. Allelúia.

Lucas 12.35-40

IN illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, et lucérnæ ardéntes in má nibus vestris, et vos símiles homínibus exspectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis: ut, cum vénerit, et pulsáverit, conféstim apériant ei. Beáti servi illi, quos cum vénerit dóminus, invénerit vigilátes: amen dico vobis, quod præcínget se, et fáciet illos discumbere, et tránsiens ministrábit illis. Et si vénerit in secúnda vigília, et si in tértia vigília vénerit, et ita invénerit, beati sunt servi illi. Hoc autem scitóte, quóniam si sciret paterfamílias, qua hora fur vénirit, vigiláret útique, et non síneret pérfodi domum suam. Et vos estote paráti, quia qua hora non putátis. Fílius hóminis véniet.

Salmo 88.25

VÉRITAS mea, et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

me dará el Señor en aquel día, el justo juez, y no sólo a mí, sino también a los que hayan esperado su manifestación con amor.

GRADUAL

El justo crece como la palma; cual cedro del Libano se eleva en la casa del Señor. *Ÿ*. Para anunciar desde la mañana tu misericordia, y tu verdad hasta la noche.

ALELUYA

Aleluya, aleluya. *Ÿ*. El justo crece como el lido; y florece eternamente ante el Señor. Aleluya.

EVANGELIO

En aquel tiempo: Dijo Jesús a sus discípulos: Tened ceñidos vuestros lomos y encendidas vuestras lámparas. Sed como los hombres que aguardan a su amo, a su regreso de las bodas, para abrirle prontamente cuando llegue y llame a la puerta. Dichosos los siervos a quienes el amo, a su llegada, encuentre velando; en verdad os digo que se ceñirá, y los hará sentar a la mena, y, pasando del uno al otro, les servirá. Que viene en la segunda vigilia, o que viene en la terrera y halla así las cosas, dichosos los siervos aquéllos. Sabed que si el padre de familia hubiera sabido a qué hora iba a venir el ladrón, no hubiera dejado que le socavasen su casa. Así, vosotros estad siempre prevenidos, porque a la hora que no pensáis vendrá el Hijo del hombre.

OFERTORIO

Mi lealtad y mi gracia son con el justo; en mi nombre se hará grande su poderío.

MÚNERA tibi, Dómine, dicáta sanctifica: ut méritis beáti Domínici Confessóris tui nobis proficiant ad medélam. Per Dóminum.

SECRETA

Santifica, Señor, los presentes que te hemos dedicado, para que por los méritos de tu santo confesor Domingo, ayuden a la curación de nuestra almas. Por nuestro Señor Jesucristo.

PREFÁCIO COMÚN

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo y lugar, te demos gracias, Señor, santo, Padre, omnipotente y eterno Dios, por Cristo nuestro Señor. Por quien los Ángeles alaban a tu majestad, las Dominaciones la adoran, tiemblan las Potestades, los Cielos y las Virtudes de los cielos, y los bienaventurados serafines la celebran con igual júbilo. Te rogamos que con sus alabanzas recibas también las nuestras cuando te decimos con humilde confesión:

Lucas 12.42

FIDÉLIS servus et prudens, quem constituit dóminus super familiam suam: ut det illis in témpore trítici mensúram.

COMUNIÓN

Fue intendente fiel y prudente, puesto por el Señor sobre su familia para distribuir a cada uno a su tiempo la ración de trigo.

POSCOMUNIÓN

CONCÉDE, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui peccatórum nostrórum póndere prémimur, beáti Domínici Confessóris tui patrocínio sublevémur. Per Dóminum.

Te suplicamos, ¡Oh Dios omnipotente!, nos concedas que, cuantos nos vemos agobiados bajo el peso de nuestros pecados, hallemos alivio en la protección de tu santo confesor Domingo. Por nuestro Señor Jesucristo.